

intelligit, cui utriusq; vocabuli originis venit in mentem,  
alterum enim a lucro, id est οχρο τοῦ κέρδους, a pelli-  
bus alterum ductum est. Et si idem sit, quid Archite-  
cto cum pellibus & Cerdō enim in illa inscriptione, homi-  
nis non studii est index. Ut si idem credi par fuit, fue-  
rit tamen Cerdonis non Pellionis appellatio restituenda.  
Quin & quod Vitruvius noster reprehendit, Archite-  
ctus ille sub mutilis denticulos collocauit. Itaq; vulgatam  
codicis scriptiōnēm retinente, diuersos esse arbitramur.  
Et nostrum quidem apparet parentum cura liberalibus di-  
sciplinis ab ineunte ætate fuisse institutum, encyclopæ-  
diamq; absoluisse, quod ipse statetur in libri sexti proœmio.  
Statura vero se fuisse humili, indicat in præfatione lib. 2.  
Iulio Cæsari fuit non ignotus, post cuius obitum, ingraue-  
scente iam ætate, aut affecta potius, ut ex memorato li-  
ibri secundi loco coniicimus, ab Octavia fratri Augusto  
commendatus, apparationi balistarum, scorpionum, cæ-  
terorumq; tormentorum, cum M. Aurelio, P. Minidio,  
quem alii Numidicum vocant, & Cn. Cornelio præfe-  
ctus est, anno ei reditu quo ad viueret constituto. Qua  
munificentia excitatus, ut indicat in præfatione operis,  
omnem ædificandi rationem Augusto scripsit, quam de-  
cem libris cōplexum se esse, sub finem operis testatur, ne-  
quis figurās quas in suis singulis libris extremi voluminis  
nomine deformabat, in priuatum librum, hoc est vnde ci-  
mum aliquem reiectas falso existimet. Ingenii fœlicisq;  
fuisse ingenii, libri septimus, nonus, & decimus argu-  
mento esse queant. Hac tenuis quod astruere possumus.

Gulielm